262.

Doc. Dr. Jan Obenberger:

O NĚKTERÝCH PALAEARKTICKÝCH DRUZÍCH RODU MELANOPHILA ESCHSCH. (COL. BUPR.)

DE NONNULLIS GENERIS MELANOPHILA ESCHSCH. SPECIEBUS PALAEARCTICIS. (COL. BUPR.)

Druhy rodu *Melanophila* Eschsch. v palaearktické oblasti jsou celkem dosti dobře známy, takže není dobře možno hned tak nalézti nové druhy, jako třeba ve skupinách jiných. V této práci podávám popis jednoho takovéhoto, velmi zajímavého druhu, pocházejícího z Lyckého Tauru v Malé Asii. Tento druh, *Melanophila lycica* n. zprostředkuje jaksi spojení mezi druhy skupiny *M. Marmottani* Fairm. a druhy, příbuznými s *M. cyanea* F., zvláště s druhem *Melanophila Knoteki* Rtt.

Zcela nedávno popsal A. Théry z Francie formu »*M. cyanea* var. *Lavagnei* Théry«, kterou považoval za druh, označovaný francouzskými autory jakožto *Mel. Formáneki* Jakobs. (= *aerea* Formánek). Popsal tuto formu ze St. Guillemu, kde ji, jak se zdá, četněji sbíral E. Tisson. Náhodou objevil jsem ve své sbírce tři kusy z téže lokality, zřejmě téhož původu jako exempláry, jež sloužily za podklad kusému popisu Théryho. Z těchto kusů vysvítá, že Théry měl potud pravdu, že *M. Lavagnei* Théry, jak nyní budeme druh nazývati, opravdu není druhově shodná s *M. Formáneki* Jakobson (= *aerea* Formánek). Mohl jsem se o tom přesvědčiti srovnáním s typem *M. aerea* Formánek. Na druhé straně je ale zřejmo, že liší se tato forma specificky i od *M. cyanea* F. a to spoustou velmi závažných znaků. Je tedy jasno, že je to zcela zvláštní druh, při čemž otevřenou zůstává otázka, zda také kusy, o kterých se zmiňuje Bedel z Francie a které označuje jako *M. aerea* Form. resp. *M. Formáneki* Jakobson jsou s tímto druhem identické. Je ale jisto, že v druhu *M. Lavagnei* Théry přibyl středoevropské zvířeně velmi zajímavý nový druh, který snad může přicházeti i u nás.

V dalším podávám zde přehled známých mi aberrací druhů *M. Knoteki* Rtt., *M. cyanea* F. a *M. sibirica* Pic.

1. **Melanophila lycica** n. sp.

Hab.: Asia Minor: Makri. Taurus Lycicus Long.: 9, lat.: 3,5 mm.

Species oblonga, forma illae *M. Knoteki* Reitter haud dissimilis, obscura, modice nitida, elytris postice sparse, breviter, sed distincte griseopubescentibus. Colore supra obscuro, elytris plumbeonigris, thorace magis cyanescente, lateribus cyaneovirentibus, capite viridicyaneo. Corpore subtus obscure viridicyaneo, pedibus cyanescentibus, antennis nigris, articulis tribus basalibus cyanescentibus.

Corporis forma satis parallela, elytris usque ad medium parallelis, dein versus apicem longe attenuatis, apicibus satis late separatim rotundatis, modice convexis. Capite satis convexo, fronte plana, densissime, subtilissime punctata, epistomate late arcuatim, haud profunde emarginato, vertice angusto, distincte quam apud *Knoteki* Rtt. angustiore, multo quam apud *cyaneam* F. angustiore, oculis modice convexis. Antennis longis, gracilibus, antennarum articulo tertio illo secundo 1¾ longiore, articulis secundo et tertio unitis longitudine articulos quartum et quintum unitos adaequantibus. Thorace satis plano, lato, longi-

tudine fere duplo latiore, antice late, fere simpliciter emarginato, summum latitudinis paullo ante medium attingente, dein versus anticem leviter attenuato, angulis anticis nullo modo prominulis, versus angulos basales leviter, sed distinctissime sinuatim attenuato et dein, in angulis basalibus leviter divaricato, angulis basalibus ipsis brevibus et obtusis, basi modice bisinuata, lobo basali leviter foveolato, disco satis plane convexo, lateraliter utrimque in medio longitudinis subdepresso. Sculptura a punctis simplicibus, subtilibus, densis, valde aequalibus, versus latera densioribus et subtilioribus, sed nullo modo confluentibus vel rugas efficientibus. Scutello parvulo. Elytris valde parallelis, longis, vage tricostatis, costulis solum postice interne distinctioribus, antice indistinctis, margine lateroposteriori distincte, satis fortiter serrato. Elytrorum sculptura uti fere apud *M. Knoteki* Rtt., sed multo fortiore.

Species haec verisimiliter in sectionem specierum *M. Marmottani* Fairm. et *M. Delagrangei* Ab. pertinet. Ab omnibus speciebus vicinis forma thoracis et elytris parallelis, longis divergit. Costae elytrales solum postice et prope suturam distinctiores sunt. Aspectu primo et praecipue colore obscuro illae *M. Knoteki* Rtt. haud diffinis, sed iam vertice angustiore, sculptura thoracis simplici et valde aequali, forma et sculptura elytrorum atque praecipue forma thoracis quam maxime differt. Species haec verisimiliter transitum a speciebus *M. Marmottani* Fairm. vicinis versus species cum illa *M. Knoteki* Rtt. vicinis efficit.

Typum unicum in collectione mea conservatur.

2. **Melanophila Knoteki** Reitter.

Species haec in collectionibus multis cum illa *M. cyanea* F. confusa est. Ab illa specie non solum sculptura thoracis valde diversa, rugas elevatas acutas densas in parte centrali disci plus vel minus fortes efficiente, sed etiam sculptura elytrorum, aspectu omnino obscuriore, vertice supra inter oculos distincte angustiore, margine lateroposteriori elytrorum haud serrato divergit.

Variationes et aberrationes speciei huius sequentes nosco:

1 (6) Latior, robustior, thoracis disco rugis transversalibus rudibus et densis, acutis et saepe irregularibus, in parte media punctis haud intermixtis tecto. Thoracis parte laterali dense, saepe subtiliter punctata, punctis his praecipue prope angulos basales rugas longitudinales vel obliquas efficientibus. Superficie minus nitida, elytris subtilius sculptis, distincte, sed minus conspicue, brevius pilosis. Graecia, Bosnia (locus typicus), Bulgaria, Tirolis (Seis), Styria, Slovakia (Košice), Austria inferior (Baden), Galicia. ..... **Melanophila Knoteki** Reitter

2 (5) Elytris nigris.

3 (4) Thoracis lateribus cyaneis, disco thoracis nigro. ..... **M. Knoteki** Reitter (forma typica)

4 (3) Thorace cupreoaneo. Bosnia. ..... **M. Knoteki** ab. **Zoufali** n.

5 (2) Superficie tota obscure cyanea, lateribus thoracis et capite saepe laete cyaneis. Bosnia, Graecia. ..... **M. Knoteki** ab. **cyaneiformis** n.

6 (1) Angustior, nitidior, minor. Thoracis sculptura multo minus densa, quasi transitum versus sculpturae *M. cyaneae* F. efficiens: thorace punctato et inter punctos in medio disci distincte rugoso, sed sculptura hac multo minus densa, fortiore et punctis omnino etiam in medio disci distincte intermixtis. Pilositate elytrali longiore, sparsiore, distinctiore. Graecia.

7 (8) Elytris nigroaneis, leviter plumbeomicantibus, thoracis disco nigro, capite, lateribusque thoracis cyaneis. ..... **M. Knoteki** var. **hellenica** Obenb.

8 (7) Thorace cupreoaenescente, lateribus aenescentibus, elytris nigroaeneis. Graecia: Parnass (1500 m). ..... **M. Knoteki** ab. **parnassica** n.

3. **Melanophila cyanea** F.

Species haec bene nota formas valde diverse coloratas atque sculptas efficit. Variationes et aberrationes speciei huius uti sequitur determinandae sunt:

1 (16) Robustior, magis convexa. Antennarum articulis longioribus et gracilioribus. Thorace dense, subaequaliter, subtiliter sculpto, disco medio convexo, punctis partis mediae thoracis separatis, transversaliter haud confluentibus, lateraliter longitudinaliter haud confluentibus, elytris dense et subtiliter sculptis, solum lateraliter transverse rugulosis, robustioribus, magis convexis, punctura elytrorum densiore, magis aequali.

2 (7) Superficie unicolore, laete colorato, thoracis marginibus saepe leviter diverse coloratis.

3 (4) Superficie laete cyanea, unicolore. ..... **Melanophila cyanea** F.

4 (3) Elytres et thoracis disco viridicyaneo vel viridescente.

5 (6) Corpore toto supra viridicyaneo vel viridescente, thoracis lateribus concoloribus. Cum typo frequens. ..... **M. cyanea** ab. **viridesceus** Pic.

6 (5) Corpore supra laete viridescente, thoracis lateribus laete aureoaeneis vel cuprascentibus, Bohemia: St. Boleslav, 9. VI. 1930. Ing. Prokš lgt.; Rossia: Nižnegorodskaja Gub. ..... **M. cyanea** ab. **Prokši** n.

7 (2) Superficie obscura, nigrescente, nigrocyanea, nigra vel aeneonigra.

8 (9) Corpore supra toto nigroaeneo, thorace saepe laetius cupreo. Styria. Baikal. ..... **M. cyanea** ab. **aerea** Ganglb.

9 (8) Elytris nigris, rarius cyaneomarginatis.

10 (11) Elytris bicoloribus: nigris, cyaneomarginatis, thorace cyaneo, medio obscurato. Cum typo, rarius. ..... **M. cyanea** ab. **coeruleolimbata** Pic.

11 (10) Elytris unicoloribus, nigris.

12 (15) Thorace toto vel solum thoracis lateribus cyaneis.

13 (14) Thorace toto laete cyaneo, elytris nigris, paullo aenescentibus. Italia: Detonata. Sibiria occid.: Čeljabinsk. ..... **M. cyanea** ab. **dichroa** n.

14 (13) Thorace medio nigra, solum lateribus cyaneis, elytris nigris, Italia: Detonata, Croatia; Bohemia c.: Káraný (Dr. Obenberger lgt.); Gallia mer.: Cavalaire. Baikal. Carinthia. Bulgaria. Germania. Graecia. ..... **M. cyanea** ab. **funerea** n.

15 (12) Corpore toto supra nigerrimo. Rarissima. Fennia. ..... **M. cyanea** ab. **Sahlbergi** Obenb.

16 (1) Subtilior, minus convexa, antennarum articulis brevioribus et latioribus. Thorace minus dense et minus aequaliter, grossius punctato, disco punctis saepe leviter transverse confluentibus. Medio disci subsulcato, disco saepe lateraliter subdepresso. Elytris multo grossius sculptis, transverse multo fortius et fere usque ad suturam rugulosis, punctura elytrorum minus densa.

17 (18) Corpore supra obscure cyaneo. Transbaicalia, Siberia or. ..... **M. cyanea** ssp. **transbaicalica** Obenb.

18 (17) Corpore supra obscuro, elytris aeneonigris, versus latera levissime cyanescentibus, thorace nigroaeneo. Transbaicalia. Čita. ..... **M. cyanea transbaicalica** ab. **ustulata** n.

4. **Melanophila Lavagnei** Théry.

(Faune de France, 41. 1942, p. 73., Col. Bupr.)

Formam hanc M. A. Théry uti subspeciem *Melanophilae cyaneae* F. descripsit. Forma hac ab illa *M. cyanea* F. eodem modo uti ab illa *Formáneki* Jacobs. (= *aerea* Formánek), cuius typum possideo valde discrepat atque speciem distinctam constituit. Nonnulla exemplaria e loco typico (Gallia, St. Guillem, E. Tisson) possideo. Species haec ab illa *Mel. cyanea* F. non solum corpore minore, elytris minus acuminatis, magis parallelis, valde distincte et longe pubescentibus, sed etiam thorace latiore, disco inaequaliter depresso, thoracis lateribus versus anticem subangulose, minus fortiter attenuato, fortius punctato, punctis lateraliter longitudinaliter subrugatim confluentibus, antennarum articulo secundo breviore, sed praecipue vertice ante marginem anteriorem thoracis multo latiore differt. Ab illa *M. Formáneki* Jacobs. (typo *M. aerea* Form. comparato) signis iisdem, colore laete cyaneo, pilositate multo distinctiore, corporis, praecipue thoracis forma valde diversa, pilositate elytrorum multo longiore et distinctiore et vertice valde latiore differt.

5. **Melanophila sibirica** Pic.

Species haec illae *M. Formáneki* Jacobs. (= *aerea* Form.) maxime affinis est ab illa praecipue sculptura thoracis dignoscenda: thoracis punctis lateraliter in sensu longitudinali confluentibus et rugas longitudinales efficientibus.

Formae huius speciei sunt:

1 (2) Colore laete viridiaeneo, saepe plumbeovirescente. Rossia or.: Bajarskij chrebet; Transbaicalia: Verchnij Udinsk; Čita. Sibiria or.: Ussol. ..... **Melanophila sibirica** Pic.

2 (1) Colore supra cyaneo. Rossia mer.: Kijev. ..... **M. sibirica** ab. **ukrainensis** n.

6. **Melanophila guttulata** Gebler.

Species haec a nonnullis auctoribus uti synonymum speciei americanae *M. fulvoguttata* Harris consideratur. Quae opinio quam maxime erronnea est: ambo species non solum colore, thoracis, capitis, antennarum, elytrorum forma valde diversae sunt, set etiam sculptura elytrorum differunt. Haec species modo mirabili parum variat. Formae huius speciei mihi notae sunt:

1 (2) Elytris maculis sex luteis, in hexagono dispositis ornatis. Sibiria or.: Krasnojarsk, Irkutsk, Turan, Baikal, Altajsk, Amur, Čita, Transbaikalia, Fluvius Selenga, Ussuri, Argun (Transbaicalia), Tarbagatai, Jakutsk etc. ..... **Melanophila guttulata** Gebler.

2 (1) Elytris maculis octo luteis notatis: hexagono normali, macula accessoria parva inter marginem et inter primam maculam octogonis posita. Sibiria or., Transbaicalia. Rara cum typo: ..... **M. guttulata** ab. **Gebleri** n.